



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 2. Quot sunt Sacramenta novæ legis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

12 TRACTATUS I.

Quaest. 2. Quot sunt Sacramenta novæ legis ?

Resp. Septem sunt Sacramenta novæ legis : Baptismus , Confirmatio , Eucharistia , Pœnitentia , Extrema-unctio , Ordo , & Matrimonium.

Quaest. 3. Quis-nam instituit Sacramenta ?

Resp. Christus Dominus , ut definitur Concilium Tridentinum sess. 7. c. 1. Si quis dixerit , Sacramenta nova legis non fuisse omnia à Jesu-Christo Domino nostro instituta , anathema sit.

Quaest. 4. Potest-ne probari ex Scriptura sacra institutio omnium Sacramentorum ?

Resp. Id non est necessarium , sed sufficit nos hujus veritatis certos esse per Dei verbum , quod ad nos duabus viis pervenit , scripturâ scilicet Canonica , & traditione : accipe tamen , quod circa hanc rem in scriptura continetur.

Christus Dominus ad animarum sanctificationem aquas tunc incepit destinare cum baptisari voluit in Jordane : Baptismi necessitatem deinde declaravit , cum dixit Nicodemo ; *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu-sancto , non potest introire in regnum Dei : Et Baptismi suscipiendi præceptum imposuit , quando priusquam in cælum ascenderet , Apostolis dixit : Euntes docete omnes gentes , baptisantes eos , in nomine Patris , & Filii , & Spiritus-sancti : Et Marci 16. v. 16. Qui crediderit & baptisatus fuerit , salvus erit.*

Joan. 3. v. 5.

Matth. 28.
v. 19.

Confirmatio designata fuit cum Christus parvulis manus imposuit , qui sibi oblati sunt , ut habetur Matth. 19. v. 13. *Oblati sunt ei parvuli ut manus eis imponeret , & cum imposuisset eis manus.* Verum dubitari minimè potest , quin secundum Christi mandatum ,